e-codices

Largiora flagito .
Satis beatus unicis ſabinis :
Truditur dies die :
Nouęq; pergunt interire lunę
Tu marmora ſecanda
Locas ſub ipſum funus et ſepulchri
Inmemor ſtruis domos
Mariſq; baiis obſtrepentis urges
Summouere litora
Parū locuples continente ripa
Quid quod uſq; proximos
Reuellis agri terminos & ultra
Limites clientium
Salis auarus : pellitur paternos
In ſinu ferens deos
Et uxor : et uir : ſordidoſq; natos
Nulla certior tamen
Rapaces orci fine deſtinata
Aula diuitem manet
Herum : quid ultra tendis ? ęqua tellus
Pauperi recluditur .
Regumq; pueris : ne ſatelles orci
Callidum promethea
Reuexit auro captus . hic ſuperbum

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. f.%2065r – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0172/f.%2065r)